

Quartus timor tortoris. dicitur etiam esse
qui transfixus lancea caritatis. **D**e
secundo non quod persone que dominum quaesierunt erant
maria magdalena et maria iacobi
et maria mater iacobi minoris et maria
salome id est filia salome que fuit ux
or zebedei. Et signant hec tres marie
tres vires anime per quas anima deum querit
Maria magdalena que interpretatur domina
turris significat vim rationabi
lem. Anima enim in ratione sedens quasi
in turri eminenti ex ipsa prospicit omnes
insidias inimici. Maria iacobi que inter
pretatur domina luctatrix exprimit vim ira
scibile per quam anima vanis et immundis
peccatis illecebris siue delectationibus irasci
tur easque abicit et contemnat. Maria
salome que interpretatur domina pacifica figu
rat vim concupiscibile per quam anima
pacem veram que exuperat omnem
sensum hoc est summum bonum vehementer
concupiscit et querit. **D**e tertio no
ta quod licet marcus dicat quod emerunt
aromata ut videntes ungerent ihesum
non tamen exprimit que fuerunt aroma
ta quocirca sana fide dici potest quod
ad minus emerunt mirram et alo
nardum et balsamum. et ex istis confe
cerunt ungentum quo ungerent ihesum
Per mirram et aloem que vermes ar
cent et corpora conseruant ne corru
pantur intelligitur virtus castita
tis quam vermes luxurie non audeat
contingere. Per nardumque herba
humilis est sed multum odorifera no
tatur odor humilitatis. Cum enim
rex esset in accubitu diuinitatis sue
nardus humilitatis beate virginis
spargens odorem suum traiecit eum
in terram ad consortium nostre hu

manitatis. Per balsamum quod mi
rabiliter est calidum significatur fer
uor caritatis. Aque enim multe cupi
ditatis non possunt extinguere fer
uorem vere caritatis. **D**e quarto
nota quod dominus per angelum ostē
ditur inueniendus in galilea in mo
te ubi constituit discipulis suis ihesus
sicut dicit mattheus xxviii. Galilea in
terpretatur rota vel reuelatio. mons
autem stabilis est et firmus. igitur
dominus inuenietur et videbitur in
galilea hoc est in patria supercelesti
ubi est eternitatis indeficiencia. quod
notatur per rotam ubi etiam est omnis
sciencia. quod notatur per reuelationem
ubi nichilominus erit omnipotencia
que notatur per montem. montis enim
est multarum partium sola aggrega
tio. Rogate ergo dominum ut sic ihesu
nazarenus crucifixi veri imitatores es
se mereamur eumque sic omnibus ani
me viribus conferat beatam eternita
tis indeficiencia omnem sciencia et ple
nam super omnia bona sua potentia
Quod nobis prestare dignetur etc.

In octaua pasche

Via vidisti me thoma credi
disti beati qui non viderunt et
crediderunt. Rota quod sicut dicit glo
sa interliniariis dominus fidem hic
mirabiliter commendat. Eternam
enim beatitudinem credentibus re
promittit. Cum etiam dicat aposto
lus ad hebreos undecimo. quod sine fi
de impossibile est placere. **D**uo in
presenti loco principaliter sunt no
tanda. Primum est quid summope credere
debeamus. Secundum est que sit beatitudo

quā si crediderim⁹ repotom⁹. **¶** De
p̄mo nō q̄ licet in apostolico symba
lo duodecī articuli fidei distinguant̄
et licet in libris et scriptis scōz et or
thodoxoz patrū multa inueniant̄
que credi oporteat. **S**ex tñ ad min⁹
credēda sūt a quolibet xp̄iano q̄ bre
uiter p̄seq̄mur. **P**rimo em̄ credē de
les v̄nigenitū dei filiū sc̄m carnem
quam assumpsit e virgine in cruce
mortuū esse et die tertia resurrexisse
Secūdo credi oportet ip̄m dei filiū cla
ues ec̄e petro suisq; successoribz con
cessisse. **T**ercō credere debes te certis
sime moriturū. **Q**uarto credē debes
te racōnē de oibz actibz tuis reddi
turū. **Q**uinto credē debes impios cū
demonibus etna tormēta passuros
Sexto credere debes electos cū deo
perpetuo regnāturos. **S**i aut̄ ista
sex credideris fidemq; bonis opibz
cōfirmaueris sine dubio re p̄missam
a deo b̄atitudinē cōsequeris. **P**rimo
igitur credere debes deum vere mortu
um fuisse et vere resurrexisse. **U**nde
et dñs ad ostensionē sue passionis
et mortis que p̄cesserat et resurrecti
onis que subsequuta fuerit dixit tho
me. ioh. xx. **I**nsere digitū tuum huc et
vide manus meas et offer manū tu
am et mitte in latus meum et noli
esse incredulus sed fidelis. **N**ota igitur
q̄ xp̄us pro p̄c̄is nostris mortu
us est ut et nos p̄c̄a tota mente fu
giamus et ea mortificemus in nob̄
cum oportuerit p̄ ip̄is filiū dei mori.
Unde in can. i. petri iij. xp̄us semel
p̄ p̄c̄is nostris mortuus est iustus
pro iniustis ut nos offerret deo. mor
tificatos quidē carne viuificatos at

spū. **U**n̄ ec̄iā dicit aplūs ad colo. iij.
mortificate membra vestra que sūt
sup̄ terrā fornicacōnē immundiciā
libidinē cōcupiscenciā malā et auari
ciā que est ydolorū seruitus. **D**epo
nite et iram indignacōnē maliciā
blasphemā turpē sermonē de ore ve
stro non proferatis. nolite mentiri
inuicem. **G**losa describit delicta qua
membra appellat. **F**ornicatio est oīs
conabit⁹ p̄ter legitimū cōubiū
Immundiciā que est contra naturam
libidinis scilicet ardorē p̄ quaslibet
turpitudines discurrentē. **C**oncupi
sencia mala id est de aliena vxore
vel de aliena re. et auaricia que est
ydolorū seruitus id est tam fugiēda
fiat ydolatria cui simile et par vici
um est quia rebus p̄ deo seruit. **D**e
ponite et iram que ē subitis animi
motus indignacōnem de alio subli
mato. malicia ē q̄n quis molit̄ dāp
nū aliani. blasphemā i s̄c̄z vel d̄m.
reliqua duo pat̄nt. **N**ota ec̄iā q̄
ideo xp̄us resurrexit ut a nos cū ip̄o
spūaliter resurgamus et ea que sur
sum sunt appetamus. **U**n̄ aplūs ad
colo. iij. si confurrexistis cū xp̄o que
sursum sunt querite ubi xp̄us est in
dextra dei sedens que sursum sunt
sapite et non que sup̄ terrā. **Q**ū ergo
xp̄us resurrexit et ad celos ascende
rit sp̄retis bonis t̄c̄sitorijs. i. immū
dis delectationibus huius mundi q̄
rere debemus cum in dextera dei pa
tris quasi summū bonum a ip̄o v̄ro
gustu iugiter delectari. **¶** **S**ecūdo
credere debes filium dei petro alijs
q; apostolis et eorum successoribus
claves huius ec̄lesie concessisse.

vñ ioh. xx. **Q**uā ihs p⁹ resurrectio
nē suā staēt i medio discipulōz suorū
insufflauit a dixit eis. **A**cipite spm
scm qz remiseritis pccāa tñtūit eis
et quoz resoueritis retēta sūt. **S**up
locū istū qz remiseritis intīmāris
glō. vel p⁹ vob⁹ vel p⁹ successōēs. **I**tē ali
a glō. quoz remiseritis scilicet quos
dignos remissione iudicaueritis du
abus videlicet clauibz scz pccātis et
discreōnis. **C**auē igit debet quilibz
xpianus ne p⁹ opa immūdicie et in
iusticie liget sūa exōicacionis. sed
pocius p⁹ vtrā contricionē et sincerā
a fessionē mereat at solui ab omni
pccō ministerio sacerdotis. **T**ercio
credere debes te certissime moriturū.
Unde dicit in collatōibz scōz p⁹ q
hoc est omniū viciōz preceptorium
vt credas te cotidie de hoc seculo mi
graturū. **D**icit etiā augustinus in
libro de spiritu a anima. velimus no
timus omnes moriemur. **N**ichil em̄
morte certius et nichil hora mortis
incertius. **N**am nescimus quando
et quomodo aut vbi moriemur quo
niam mors vbiqz expectat nos. **I**d
circo semper debemus esse parati ut
cum corpus reuertitur ad terram
de qua sūptū est. spiritus redeat ad
deū q⁹ dedit illū. **V**t aut recordemur
mortis nrē ammonēt nos mortui q⁹
rū ossa videmus in cimiterijs. **Q**ui
libet em̄ mortuus sic viuū alloquit
ecclē. xxxviii. memor esto iudicij mei
sic em̄ erit et tuum. michi heri et tibi
hodie. **A**bstinebit igitur a pccātis si sa
piens fuerit qui credit se cotidie mo
riturū. **Q**uarto debes credere te ra
cionē redditurū de oibz tuis actibz

Unde ij. ad cor. v. omnes nos ma
nifestari oportet ante tribunal xpi
ut cūpiat vnusquisqz p⁹ria corpis
put gessit siue bonū siue malū. **E**t
nota q⁹ fortissimus sapiētissimus et
iustissimus iudicō pcedet. fortissim⁹
est ut p nullius potēciā opprimat.
sapiētissimus ut nullius allegacōni
bus circūueniat. iustissimus ut nul
lius pccāijs corūpatur. **N**ecesse er
go est auhēt iusto ut sermones su
os quos profert in iudicio mature
disponat et cotidie per vtram pccā
ciam culpas suas diluat ne iudex
eum pollutū pccātis inueniat. **Q**ui
to credere debes impios eterna tor
menta passuros. **D**e hoc dicit ecclē.
xxxix. sunt spiritus qui ad vindictā
creati sunt. et in furore suo confr
mauerunt tormenta sua et in tēpo
re consumacōnis effundent virtutē.
et furorē illius qui fecit eos confun
dent. **H**ec dicunt de demonibus qui
tota vi fortitudinis sue totēqz ma
lignitate furoris sui impios crucia
būt. **S**equit de tormētis ignis. grā
do. fames. sitis. et mors. oia hec ad
vindictam creata sunt. **B**estiaz dē
tes et scorpij et serpentes et rūphea
vindicans in exterminiiū impios.
Item mathei. xxv. **T**unc dicet rex
hys qui a sinistris eius erunt. disce
dite a me maledicti in ignem eternū
qui preparatus est dyabolo et an
gelis eius. **D**exto credere debes ele
ctos cum deo p⁹petuo regnāturos.
Unde mathei vicesimo quinto. tunc
dicet rex hys qui a dextris eius erūt
Veite bñdā pccātis mei possidete vobis
paratum regnū a constitucōe mūdi.

Item apoc. xx. Erunt sacerdotes xpi
et dei et regnabunt cum eo mille annis. i.
eternaliter. Per mille enim notatur et
nititas. Si igitur credis gloriosum esse
regnum dei nostre est ut bonis opibus il-
luc pervenire labores. De secundo membro
in divisione thematis supposito non
quod sicut de boccius beatitudo est status
omnium bonorum congregatio perfecta. Quam
beatitudinem nobis prestare dignetur ihe-

Dumca secunda post pascha *Jo. x.*
Ego sum pastor bonus et cog-
nosco oves meas et agnoscunt
me mee. Quatuor principaliter sunt
hic notanda. Primo que sit causa quod
dominus se bonum pastorem prestat. Secundo
quid per oves eius intelligatur. Tercio
ad quam pascua grex suarum ovium dedu-
catur. Quarto quis sit lupus qui dominum
ovibus insidiat. De primo nota
quod ad hoc quod pastor irrationalium
ovium utilis sit patrifamilias quanti-
or requiruntur. videlicet quod sit fortis
ut lupo et latronibus obistere pos-
sit. Item quod sit sapiens ut videlicet
inter pascua salubria et nociva dis-
cernere sciat. Quarto quod sit vigil ne
videlicet eo dormiente grex sibi commis-
sus diripiat. Quarto quod sit benignus
ne videlicet oves extra vagantes
baculo suo proiciat. sed eas ad viam
cum modestia revocet et lenitate eo-
rumque debilitatem pie supportet. Et
certe propter has quatuor causas do-
minus se bonum id est utilem pasto-
rem appellat. De primo hoc est de for-
titudine pastoris huius dicit iob. ix.
Sapiens corde est et fortis robore
quis resistit ei et pacem habuit. Si

fortitudo queritur robustissimus est
Iste est ille david manu fortis qui
contra goliath hoc est dyabolum cum
baculo sancte crucis prebens pro ca-
stris israel singulare certamen inie-
cit et cum triplici lapide hoc est innocen-
cia cordis oris et operis in cruce mo-
riens prostravit et occidit. Iste est
bonus pastor qui cotidie contra de-
mones assistit pro ovibus suis pug-
natque pro eis. Unde dicit ysa. lxij.
Ego qui loquor iusticiam et pug-
nator sum ad salvandum. De secundo
hoc est de sapientia pastoris huius
dicit eccl. i. Omnis sapientia a domino
deo est et cum illo fuit semper et est an-
te eum. fons sapientie verbum dei in ex-
cellis. verbum dei id est filius dei. Iste
ergo pastor cuius sapientie non est
numerus ostendit que pascua salu-
bria sint ovibus suis et que nociva.
Docet enim verbo et exemplo perversa esse
proprias pascua divitiarum et licentiarum et
honorum et quod salubria sint pascua
paupertatis asperitatis ac humilitatis.
Unde et ipse apud bethleem in diver-
sorio natus elegit paupertatem aspici-
te ac vilitate. Eadem etiam pati voluit
in loco calvarie apud stratam publi-
cam. Hec autem fecit propterea ut secus
vias predictas pascua querebant
oves domini. Unde augustinus in libro de cathe-
tizandis rudibus. Omnia bona ter-
rena precepit homo factus christus dominus
ut contempnenda monstraret et
omnia terrena mala sustinuit que
sustinenda precipiebat ut neque in
illis querebatur felicitas. neque in
istis infelicitas timeretur. De tercio
videlicet quod vigil sit dominus. Si in psal.